



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Azorii Lorcitani, Societatis Iesv Presbyteri  
Theologi, Jnstitvtiones Morales**

In Qvibvs Vnivers[a]e Qvaestiones ad Conscientiam recte aut prauè  
factorum pertinentes, breuiter tractantur

**Azor, Juan**

**Coloniae Agrippinae, 1616**

34. De auctoritate & vsu Pallij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14007**

Metropolitanis. & *Glossa ibidem in verbo, Archiepiscopis,*  
sit, Archiepiscopos dici *Primates*, vt ex ipso S. Isidoro  
constat.

Dicendum est Archiepiscopum, & Metropolitanū esse  
eundem, postquam Patriarchæ, vel Primates desierunt vo-  
cari Archiepiscopi, nomen superius tenineant. Quoniam  
Metropolitanus est Episcopus, qui praest ciuitati, quam  
alii ciuitates Episcopos habentes agnoscunt, vt matrem,  
& caput. Et ita Metropolitanus caput dici Archiepisco-  
pos, cum illi, qui praeerant Ciuitatibus, quib. Provinciæ,  
& non tantum Ciuitates subiectebant, vocari coepérunt  
Patriarchæ, sive Primates. Nunc igitur Archiepiscopus  
idem est, qui Metropolitanus : & tum Archiepiscopus,  
tum Metropolitanus dicitur *Suffraganeos Episcopos ha-  
bentes* : *Primas*, qui & Archiepiscopis, hoc est, Metro-  
politanis, & Episcopis p̄aefit. Sicut igitur Archiepisco-  
pus, hoc est, Metropolitanus, iurisdictione est episcopo  
superioris; sic *Primas* iurisdictionis potestate est Archiepisco-  
po, hoc est, Metropolitanus maior.

Quinto queritur, Vtrum Archiepiscopos ab Episcopo  
diferat potestate iurisdictionis? Respondeo, differentia  
est maior, & amplior Archiepiscopi iurisdictionis. Episcopus  
enī praefit Ciuitati, & vires ei subiectis; at Archiepisco-  
pus, vni ciuitati quā est aliarum ciuitatum Episcopos ha-  
beatū mater, & caput, cui sunt subiecta aliae ciuitates.  
Potio episcopi Archiepiscopo subiecti dicuntur, in Iure  
Canonico Suffraganei. c. i. de eo competent. in 6. & c. Suffra-  
ganei, de elect. c. Antiqua. & Privilegia.

Sexto queritur, An Archiepiscopus ab episcopo diffe-  
rat ordinis potestate? Respondeo, minime. Vnde quod at-  
tingit ad Sacra menta, & reliqua, quā sunt potestatis Ordini-  
nis, nihil amplius habet Archiepiscopus, quam episcopus.

Septimo queritur, Cū dicitur sit Archiepiscopus, cum  
in Concilio Carthaginensi, vt habetur in c. *Prima Sedis* dist.  
99. vetiū fuerit, ne primas Sedis episcopos appelletur  
Princeps Sacerdotum, vel Summus Sacerdos? Respondeo,  
eos episcopos Africanos humilitatis, & modestie fationē  
habuisse; & ideo id veriusse: sed vsus obtinuit, vt non so-  
lum vocetur primæ Sedis, vel ciuitatis episcopus, sed etiā  
Archiepiscopus; sicut etiam appellatur Patriarcha, qui  
præst ciuitati, cui subiecta sunt multæ ciuitates & Pro-  
vinciæ, episcopos, & Archiepisc. & Primates habentes.

Octavo queritur, Quoniam sint ad creationem Archiepiscopi  
necessaria? Respondeo, Archiepisc. sicut & Epi-  
scopos iure communis eligi. Collegis Canonorum,  
& Superiorum auctoritate confirmari, vel à Regibus, ac  
Principibus, tanquam Patronis nominari, designari, &  
offerri, vel praesentari, & deinde auctoritate Romani Pon-  
tificis institui: vel absolute, & simpliciter absque vila elec-  
tione à Collegio, vel designatione à Patrone facta per  
collationem, vt Iura vocant, à Romano Pontifice creati.  
Poteſt autem Archiepiscopus fieri, vel qui ante fuerat e-  
piscopus conseruatus, vel qui ante episcopus non era. Si  
creetur Archiepiscopus is, qui ante episcopus consecratus  
non fuerat, necesse est, vt consecratur, quia per consecra-  
tionem potestas ordinis conferatur: quamvis Archiepisco-  
pus electus à Collegio p̄ confirmationem Romani Pon-  
tificis auctoritate factam, in quibusdam potestatem iuri-  
sictionis accipiat etiam ante consecrationem: & idem in-  
nisi est Archiepiscopo à patrono nominato, electo, &  
designato, & à Romano Pontifice instituto, & nondum  
conferato: est enim conseruatus, cum ante fuerit sim-  
plex sacerdos. Quare Archiepiscopus intra totidem men-  
ses debet confirmationem, vel institutionem, vel conse-  
crationem à die electionis, à Collegio, vel designatione à  
patrone facta petere: intra quod tempus, sunt ea singula  
ab Episcopo postulanda.

#### C A P. XXXIV.

##### De auctoritate, & vsu Pallii.

Primo queritur, Quoniam sit Archiepiscopalis po-  
tentia, & dignitatis insigne? Respondeo esse pallium, de-

quo in iure Canonico extat titulus, de auctoritate & vsu  
pallii, & de quo etiam Gratianus in Decretis agit per ali-  
quor Capitul. 110. & in. Galliarum 25. q. 2. Quārā ali-  
quis, Quid genus ornamentum appellatione pallii intelli-  
gatur: respondeo esse vestem candidam ex lana alba con-  
textam, habentem circulum humeros constringentem, &  
duas linas ab anteriori, & posteriori parte pendentes, &  
quatuor Crucis signis purpureis distinctam, quorum v-  
num habet in pectore, alterum in humero sinistro, ter-  
tium in dextro, quartum in scapulis.

Si queras, Quid sit, & vnde dictum Pallium? Respon-  
deo, ex S. Isidoro, Pallium esse, quo auctoritatum fe-  
pulae conteguntur, ut digni ministrant, expeditius discur-  
rant. Plautus:

*Si quid facturus es, appende in humeris Pallium.*

*Et pergas, quantum valet tuorum pedum permutas.*

Dictum autem Pallium à pellibus, quia prius super in-  
dumenta pellicea veteres induabantur, quasi pellea. Sic  
Isidorus. Olim sicut toga erat vesti Romanorum ex-  
terior, sic pallium erat Graecorum: Et sicut togam Romani  
tunicae imponebant, sic Graeci sua pallia tunicis. Quare  
apposite, sicut exteriores vestes quibus induimur, pallia  
vocantur; sic pallium, dicitur vestis illa breuis, quam su-  
per omnia indumenta Archiepiscopus suis humeris im-  
ponit.

Porro pallii origo antiquissima est in Archiepiscopis.  
Auctōr vetus rituum ecclesiasticorum Sanctæ Romanæ  
Ecclesiæ lib. 1. tit. 10. c. 5. id colligit: ex Maximō episcopo,  
& Eusebio Cesariensi: Rupertus lib. 1. de Diuinis officiis. 27.  
scrbit, Matrem à S. Petro missum, Treverens ecclesiæ  
hæreditatem pallii suis successoribus reliquise. Quicquid  
sit de hoc, S. Gregorius certe multam Palli mentionem  
facit in Epistolis lib. 1. Epist. 30. & 39. lib. 6. Epistol. 23. lib. 7. Epis-  
tol. 126 lib. 4. Epis. 54. lib. 12. Epistol. 42. lib. 7. Epistol. 112. &  
Epistol. 5. libr. 4. Epistol. 14. & 15. lib. 7. Epistol. 129. Et post  
Gregorium ceteri, qui de Diuinis officiis tractauerunt:  
meminerunt Aleuinus, Rabanus, Rupertus, Innocentius. Et  
Auctōr ille rituum ecclesiasticorum, Sanctæ Romanæ ec-  
clesia, supradictis tradit, pallium p̄ei hac verborum for-  
mula: *Ego N. electus Ecclesia N. inflanter, inflantissime peto mihi tradi, & assignari pallium de corpore Sancti  
Petri sumptum: in quo est plenitudo Pontificis officii.* Vnde  
in significasti, de elect. dicitur pallium à corpore B. Petri af-  
sumi, ita vt cum id Romanus Pontifex alicui Archipisco-  
po tradit, & confert, dicatur mittere, sive conferre ex cor-  
pore B. Petri assumptum; quod, vt *Glossa in eo explicat*,  
ideo dicitur, quia super altare, ubi corpus B. Petri iaceat se-  
pultum, Romani Pontificis auctoritate conferatur: & ex  
eo altari sumptum ad Archiepiscopos mittitur, vel potius,  
vt ait Auctōr rituum Ecclesiasticorum loco citato, quia  
pallium confecta ad Basilicam Principis Apostolorum deferuntur,  
& ponuntur per Canonicos super corpora Petri, & Pauli Apo-  
stolorum sub altari maiore, ubi facta vigilis illa per noctem di-  
mittunt, deinde restituant Subdiaconi, qui ea in loco honesto,  
& commode conseruant. Hæc ille.

Secundo queritur, Quoniam sit formula, qua pallium  
Archiepiscopi confertur? Respondeo *Glossa in c. Ad hono-  
rem, de Auctōr. In usu Pallii*, hanc esse: *Ad honorem Dei omni-  
potentis, & B. Mariae Virginis, & B. Petri, & Pauli Apostolo-  
rum, & Domini Papæ & N. Papæ Ecclesie Romane, & Ecclesie  
N. tibi commissa, tradimus tibi N. pallium de corpore B. Petri  
sumptum in plenitudinem Pontificis dignitatis, vt in arce eo  
intra Ecclesiam tuam certis diebus, qui exprimuntur in Fruili  
giu Ecclesie tue concessis, à Romana Ecclesia.*

Quarto queritur, Quoniam sint illi dies? Respondeo, cum eadem  
*Glossa ibidem*, sic dicente: *Hi sunt, Nativitas Demini, festi-  
vitatis S. Ioannis Evangelista, & S. Stephani protomartyris. Cir-  
cumcisio Domini, Epiphania, Dominica in ramis Palmarum, Fe-  
ria s. in Cenæ Domini. & festivitas in sabbato sancto, & in tri-  
bus diebus Resurrectionis Domini, & Pentecostes solemnitas S.  
Ioan Bapt. & omnium Apostolorum, & solennitas in tribus festivita-  
tibus B. Mariae Virg. & in commemoratione omnium Sanctorum, in*

Dedicatione Ecclesiarum, & principalibus institutionibus Ecclesiis, in ordinationibus Clericorum, & in consecrationibus Episcoporum, & in die anniversario tua consecrationis. Hæc Gloria.

Tertio queritur, Intra quorū menses Archiepiscopus pallium petere iure cogatur? Respondeo, intra tres menses ad die consecrationis, vel confirmationis, vel institutionis, vel collationis, si ante non fuerat consecratus, nisi instantem impedimentum obstat. Quoniam diff. 10. Et debet illud obnix, & totis viribus petere e. Prisea eadem distinctione: ac petens debet luceirando promittere, se Romano Pontifici obediturum, c. Optatum ead diff. Idem iure iurando promittit se Fidem Catholicam, & Romanam, ac Catholice Ecclesie unitatem, pacem, & concordiam seruaturum, & significans, de electo. Si roges, An Episcopus pallium aliquando conferatur? Respondeo, tum Hostiensis, in sum. tit. de auctor. & vñ Pallii, § 3; peculiari Romani Pontificis beneficio quibuidam Episcopum tradi, nimurum, Hostiensis in oitis Tyberis flouii, Papensi in Longobardia, Lucens in Tuscia, Bambergensi in Germania, & ut habetur in c. Cum in iuuentute, de presumptio. Quinque ecclesiensi in Hungaria.

Quarto queritur, A quonam pallium petere debeat Archiepiscopus? Respondeo, olim, ut constat ex c. Antiqua de Priori. Archiepiscopos magnis illis quatuor Patriarchis subiectos, Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiocheno, Hierosolymitanus, pallium petere consueisse a suo Patriarcha. Sic enim dicitur de illis Patriarchis: Literiter & ipsi suis Suffraganeis pallium largiantur pro se recipientes professionem Canonicanam, & pro Romana Ecclesiæ sponsionem obedientie ab eisdem. Nunc vero Archiepiscopos pallium Romanini Pontificis beneficio, & auctoritate confertur.

Quinto queritur, An Archiepiscopus ante pallium acceptum, posse iure ea munera obire, & execui, que sunt potestatis ordinis, vel iurisdictionis? Respondeo, in primis non posse Archiepiscopum se nominare, c. Nisi. De auctor. & vñ pallii: nec posse contumacate Concilium, nec christina cōficerere, nec dedicare Basilicas, nec ordinare Clericos, nec Episcopos consecrare. c. Quod sicut, § Praterea, de Elect. Ex quo sit, ut non plenam iurisdictionis, nec Ordinis potestatem habeat. Vnde in c. de auctoritate & vñ Pallii dicitur, cum pallio plenam Pontificiam potestatem conferri.

Obliges id, quod habetur in c. Suffraganeis de elect. ubi legimus, mandato Metropolitanu confirmatio electionis sua, etiamsi pallium non receperit, licet Suffraganeis electu, qui ad ipsius Metropolitani iurisdictionem pertiner, consecrate, quod perinde est, ac si dicereatur. Metropolitanus confirmatus ante pallium acceptum, potest alicui Episcopis committere, ut suu Suffraganeum consecrare, & ordinare. Glossa, cum aliis quibusdam aliquando loquitur, constitutionem illam, Suffraganeus, non esse recepera. Ceterum verius est, quod eadē Glossa alibi, Panormitanus, & alii in cap illo suffraganeis, docuerunt, Archiepiscopū confirmare & nondum pallium adeptum, posse aliquam, que sunt potestatis iurisdictionis, non tam omnia, quoniam que maiora, & grauiora sunt, in iure non potest; ac proinde non potest per se Concilium conuocare, ut habetur in c. Quod sicut, §. Praterea, de elect. Potest tamen Episcopos facultatem concedere, ut suum Suffraganeum consecrarent, ac prouide, ut Clericos sacrent, aut dicent, & consecrarent Ecclesiæ: quia huiusmodi facultatem concedere, est quidem potestatis iurisdictionis, sed non numeratur in his, que maiora, & grauiora reputantur. Nequit enim, ait Hostiensis, in sum. tit. de auctor. & vñ pallii, que sunt potestatis ordinis, sacramentum confirmationis conferre, virgines consecrare, aut Abbates, publicam, & solemnem penitentiam agentes. Ecclesiæ reconciliare, & cetera, que sine Missa sacrificio non obit. At ea que stola tantum induit exequi & facere solet, potest, ut si calices, & alia huiusmodi viae consecrari, si cæmerita facer, ac deducere. Et similia. Sic Hostiensis in sum. tit. De auctor. & vñ pallii, §. Quid sit pallium.

Sexto queritur, An si Archiepiscopus faciat ea, quæ sunt potestatis ordinis ante pallium obcentum, rata sunt & firma? Respondeo, esse distinguendum: aut ante consecratum, & ordinatum non erat, ea irrita sunt, & mania, quoniam, ut supra dictum est, Presbyter ea, que sunt potestatis Pontificis, praestate non potest, & si praefitet, nullius sunt momenti. Si vero consecratus ante tam fuerat, peccat quidem contra Canones & iura, obeundo, que sunt potestatis ordinis, facta tamen ab ipso subfester; ut si Clericos consecrare, Christina conficiat, pœnos baptisimare renatos confirmat: hæc enim a potestate ordinis vim suam, & firmamentum accipiunt.

Quæres, An Archiepiscopus ante pallium receptionem, obcedere munera Archiepiscopalis potestatis, aliquam iuris pœnam contrahat? Respondeo, nullam; at perfectitudinem potest ab officio, & ministerio remoueri, aut alia mitiora pœna puniri.

Septimo queritur, An iure possit ut pallio extra Ecclesiam suam? Respondeo, in c. 1. de Auctori & vñ pallii sanctum esse, ut extra Ecclesiam suam pallio non vitetur. Ecclesia vero nomine, ut ibi dicitur, intelliguntur omnes Ecclesiæ Provincie, ipsius divisione ac potestati subiecta, potest ligatur in huiusmodi Ecclesiis ut pallio inta Missarum solemnia, extra Ecclesiam vero non potest, ut in publicis supplicationibus, in confessu, in comitiis.

Octavo queritur, An Archiepiscopus possit suum pallium alteri commutare date, ut si det alteri Archiepiscopo facultatem, ut in suis Ecclesiis solemniter ritu rem diuinam faciat? Respondeo, non posse, sic enim habetur in cap. ad hoc, de auctor. & vñ pallii. Quoniam Pallii vñ personæ prærogativæ, ac proinde ad alium non transfit: ob eam causam iuri est constitutum, ut Archiepiscopus suo pallio induitus sepelitur, ca. 1. De auctoritate & vñ pallii, quod si Archiepiscopus ad aliam fedem Superioris auctoritate transfirat; secum etiam pallium, quod in priori Ecclesia accepit, transferat, ac nouum accipit, & cum vtroque sepelitur, teste Panorm. in cap. ad hoc, supra citato.

Nono queritur, An Archiepiscopus iurisdictionem habeat ordinariam in sua diuisione Episcopos, & ipsorum Clericos? Respondeo, Archiepiscopum in diuicii cui præfet, habere iurisdictionem Episcopalem in provincia vero, in qua haber Episcopos subiectos, iurisdictionem Archiepiscopalem. Abbas in c. Quanto e. Pistorius, de offi. iud. ordina. ex quo sit, ut ampliorem iurisdictionem in subiectos Episcopos habeat, quam in Clericos, & Laicos, qui sunt ipsorum Episcoporum potestati subiecti. nam subiectorum Episcoporum criminis, ordinaria potestate cognoscit, ac indicat, ac ceterorum non nisi extraordinaria potestate. c. Pistorius, supra citato.

Quæres, que crimina iurisdictionis Episcoporum cognoscit, & indicet Archiepiscopos? Respondeo, plurima, que enumerat Glossa in c. Pistorius producto, & in cap. Conquestus 9 q. 1. que statim recensabo, questione proxime sequenti, nisi sint Romano Pontifici reserata; quale critica est heraldica, Concilium Tridentinum sess. 2. c. 5. Quamuis autem Archiepiscopus in Episcopos subiectos ob criminis, quod admisserunt, possit pœnis debitis animaduertere; etiamen ab officio, & ministerio, nequamquam remouere potest: id enim genus pœni solus Romanus Pontifex imponit. Quare clericus, vel laicus, si quid habet contra Episcopum suum, id iure defert ad Archiepiscopum, & coram eo causam agit suam.

Potest item Archiepiscopus Episcopos quibusdam in causis citare, ut Concilium Tridentinum sess. 13. cap. 6, sic decernit: Episcopus, nisi ob causam, ex qua deparendus, sine priuandis veniret, etiamsi ex officio, aut per inquisitionem, seu denunciationem, vel accusationem, sine alio quousmodi procedatur, ut personaliter compareat, nequamquā citetur, vel monatur.

Absoluti etiam Archiepiscopus subiectos Suffraganorum suorum, dum visitat prouinciam, ea perpetuo de cœsi in sexto & ibi Dom. vel cum causa ad cum per appellationem deuolu-

deoluta est, vel in casibus sibi specialiter permisit, de quibus statim questione sequenti dicam. Alias eos nec excommunicare, siue ligare, nec absoluere potest. **Dominicus decimus.** *Sicut in verbo Archiepiscopus q. 5.* Insuper Archiepiscopus si in electione, & confirmatione Seminarij Clericorum negligenter fuerint suffraganei Episcopi, & suam portionem solute detrauerint, potest eos acriter corporipere, & ad id seruandum cogere, & ad alia, quæ habet Concilium Trid. *eff. 2; cap. 18.* Si Vicarius ab Episcopo cōstitutus in suo munere obeundio, impune delinquat; Archiepiscopus tanquam ordinarius punit, ut Episcopi negligenter supplacent: At Ecclesiam Episcopi viduam non visitat, ipse, nec Visitatorem in ea constituit, ut dicam quæst. 13, quia tunc iurisdictione Episcopi, ad Canonicorum Collegium transfertur. Non potest Archiepiscopus in locis Episcoporum potestatis subiectus tribunal erigere, vel habere, nisi expello ipsorum consensu. Debet Episcopus subiectus appellationem ad Archiepiscopum interpositam admittere, at si Archiepiscopus in locis Episcopo subiectus delinquit, ipius Episcopi iurisdictione subiectus: ita variatione delicti agere in eum possit, *ex cap. vlt. de foro compet.* Iure cogit Provinciale Concilium Archiepiscoporum non consulto, imo etiam inuito Primate; & in eo nominat, designat, & eligit celestes idoneos, & veluti Syndicos, quia futurum Concilium deferant, quæ emendatione, & correctione digna iudicauerint. Aboler, & abrogat malas consuetudines, si quis inuenctus esse noverit in iubilatorum Episcoporum dioceses: Dum transit per ipsorum loca etiam excepta, & libera, aut dum ad ea diversit, quamvis nec visitat, nec vultum eius dicat: ante se insignia Archiepiscopi deferendi ius, & potestatis habet, veluti Crucis argenteæ signum; & solemnem ritu, & ceremoniam mantin Crucis formam dulce populo bene precatur: & in cœsiu sua provincie locis, etiam exceptis, item diuinam priuato, aut Pontificio more publico facit, aut concionatur, si velit, aut sacrum coram se fieri iubet, ab queritur tamen Pontificis Iolemni, *hac tria habentur in Quæst. Archiepiscopo de priuilegiis.*

Idem præcipit Ecclesiæ Rectoribus, & Episcopis subiectis, ut in suis Parochiis, vel templis verbum diuinum annouient, vel annuntiandum diligenter current, iure visitat ipsorum dioceses. A' in Coccilio Trident. *eff. 2; cap. 3.* Prohibetur eas visitare, nisi postquam suam diocesum plene visitaverit, & nisi in causa Concilij Provincialis auctoritate concessa. Dum autem iure visitat, potest exigere, & accipere impenas, quas in visitando facit, quæ procurations dicuntur: eos qui sunt in cura, & potestate Episcoporum sibi subiectorum, in vitroque foro absolutes potest a peccatis & censuris sibi iure permisit; & hanc potestatem potest alteri delegare, quia eam, ut Ordinatus habet.

Decimo quartu*rum* quæritur, *Quas causas iure communi Archiepiscopus cognoscere, & iudicare possit eorum, qui sunt Suffraganei sua diocesis Episcopis subiecti?* Respondeo, cum *Glossa in ep. pastorali, in verb. excepto quibusdam, de offic. iudiciorum, in primis eas, que iure appellationis, vel deuolutionis ad eum pertinet.* *c. de off. Legati, c. 1. Dno. de off. iud. ord.* Deinde quando subiicitus Episcopi Suffraganei ratione delicti patrati in diocesi Archiepiscopi, vel ratione prædicti, domicili, vel beneficij Ecclesiæ in Archiepiscopi diocesi constitutus, vel ratione contractus ibidem facti ipsi Archiepiscopo subiectus, c. vlt. de foro compet. *Ex cap. Placuit 6. q. 3.* Item cum subiicitus Episcopi suffraganeus quamvis ab Archiepiscopo ab olutus parere Episcopo iusta præcipiente refusat, c. *Ad reprimendam, de off. iud. ordin.* Item si sit causa criminalis inter Episcopum & Clericum suum, quia deferri debet ad Synodum in qua prædicti Archiepiscopus c. 1. 6. q. 1. insuper cum Clerici Episcopi suffraganei in diuinis officijs violante confundit, non Ecclesiæ Metropolitanæ, *cap. de his dist. 11.* quod Hosti. & Panormi, restringunt, nisi Ecclesiæ provincie speciali consuetudine vterentur, argu. ex c. de consecr. dist. 3.

*Glossa cap. 1. de sum. Trin. in 6. Præterea si subditi clerici contra suum Episcopum causam ciuilis agat, et si clericus 12. quæst. 50.*

Quæret, an causa ad Archiepiscopum pertineat ob id prædictæ, quod Episcopus negligenter se gerat in ijs, quæ facere debet? Respondeo, cum Abbatे in cœfrumentis, de instit. vbi generaliter ait: *sola negligentia Episcopi defertur iurisdictionis ad Archiepiscopum.* & *Giolla in c. Rom. de supplicatione neglig. pralati efficit: in negligentia Episcopi, Archiepiscopus supplet vicem eius.* c. *sumus 9. q. 3.* non autem in delicto, quod Panor. loco citato intelligi sic: *Delicta, nisi notoria sint, ad Archiepiscopum iure non deferuntur ob solam Episcopi negligentiam.*

Vndecimo quæritur, an iure appellationis, vel denulationis, sede Episcopivacante, ad Archiepiscopum pertineat clericos idoneos instituere, & praeficere in ecclesiæ? Respondeo minime, nisi cum ecclesiæ idoneos clericos non habent; nec clericorum Collegium eos praeficiendos curat, *cap. Non licent, 12. quæst. 2.* Deinde, cum eidem constat, sententiam ab episcopo latam iniquam esse, iure appellationis causa ad Archiepiscopum defetur.

Duodecimo quæritur, an ob solum episcopi obitum archiepiscopus ipsius vices suppleat? Respondeo, minime, quia id facit Caononorum Collegium, c. *si Episcopus, & c. Ecclesia. De suppl. neglig. Pral. in 6.* Idem iuri est, quando episcopus est vinculo excommunicationis oblitus c. *Roman. eodem tit. in 6. & c. Quia diversitatem de concess. prob. vel quando a Paganis, vel Schismatics, vel alijs Christiani nominis hostibus captus. c. prædicto, si Episcopus.* Idem quoque iuri est, quando episcopus in amittit perpetuam incidenter, aut alium morbum perpetuum contraxerit: tunc enim nec Archiepiscopus supplet eius vices, nec aliis episcopis ecclesiæ praeficitur, sed vel Collegii Caononorum, vel Romani Pontificis auctoritate ei datur Adiutor: sicut etiam datur, quando idoneam litteratum scientiam non habet.

Decimo tertio quæritur, An sede episcopi vacua, ei Archiepiscopus Visitatorem dare queat? Respondeo, minime: quia hoc etiam ius ad Collegium Canonicorum transfertur: nisi forte ipsum Collegium spiritualia aut temporalia negligenter, aut male administraret: tunc enim ex vocato, & causa cognita, idoneum Visitatorem destinet, c. *Ecclesia de suppl. neglig. Pralat. in 6.*

Decimoquarto quæritur, an Archiepiscopus possit absoluere excommunicatos a subditis Suffraganeorum? *De hac re agitur in c. Venerabilibus, de sent. excom. in 6.* Vbi primum dicitur, Archiepiscopum non posse absoluere excommunicatos ab Archidiaconis, vel alijs subiectis Suffraganeorum suorum, cum nec excommunicantur, nec excommunicatorum sit index, posset tamen absoluere excommunicatos ab ipsis Suffraganeis, vel eorum Officialibus, cum à litigantibus ad eum fuerit appellatum. Secundo dicitur: *Archiepiscopus, vel eius Officialis excommunicatos à Suffraganeis, semper antequam audire causam incipiunt, in casibus, in quibus ex iurisdictione competit, iuxta Ecclesiæ formam debet.* Vel patente parte litigante, vel ex officio suo, ab solvere, ut post definitum sententiam fuerit excommunicatione promulgata. Et ad eos fuerit appellatum, nisi dicatur excommunicatus ob manifestam offendit, vel contumaciam etiam presumptam, videlicet, quia citatus prefigo sibi die non comparuit: tunc enim non absolvitur nisi exhibitis satisfactione. Tertio dicitur: si fuerit appellatum ece legitima vel probabili causa ad Archiepiscopum, vel eius Officialem, Et post huiusmodi appellationem fuerit quis excommunicatus a Suffraganeo, non statim archiepiscopus pronunciare debet, excommunicatio nem suisse irritum, sed ad castelam relaxare potest, antequam incipiat causam audire. Quarto dicitur: *Si certo consisterit excommunicationis sententiam esse instans, tunc archiepiscopus, vel eius Officialis excommunicatum, nisi mora periculum offerat, ad excommunicatorem remittere debet, nec potest eum absoluere, nisi excommunicator admonitus, absolutionis beneficiū*

*illi impenderet recusat malitiae: Si vero constet excommunicatio sententiam esse iniustam, tunc excommunicatus non est remittendus ad excommunicatorem. sed sine ulla difficultate mox absoluendus. Si dubitetur, utrum iniusta sit, an iusta excommunicatio, tunc Archiepiscopus, vel eius Officialis potest relaxare; quamvis honestius ager si remiserit ad excommunicatorum: valer tamen relaxatio, vel absolutione, quando Archiepiscopus est index, etiam si non remisit. Hac in eo capite. Si autem litigans non appellatur, sed superiorum per similitudinem querelam adiit, tunc Glossa in e. per tunis, de sententia excommunicati, esse remittendum ad inferiorem, ut ab eo absoluatur, quem si nolit malitiose inferior absoluere, illum absoluat Archiepiscopus, vel eius Officialis c. ad reprimendas de officiis ordinis. item si periculum esset in ora, tunc etiam Archiepiscopus absoluat. ea. sacro de sententia excommunicati, nec si remittat ad inferiorem, ex mora periculum ceterum. Item si evidenter constituerit sententiam excommunicationis iniustum esse, declarare potest Archiepiscopus subditum Suffraganei esse ab ipso Suffraganeo contra ius excommunicationis ligatum, quamvis ad eum non appellaverit, c. sollicitudinem de appell. Hac ex Glossa. Insuper, si excommunicatus deponat apud Archiepiscopum, vel eius Officialis de Suffraganeo querelam pro iniusta excommunicatione, ut imponatur ei pena, & satisfaci ipsi de eo, quod sua interest, audire eum debet Archiepiscopus: fecus autem si conqueratur de Suffraganeo, vel relatur huiusmodi sententia contra se ab eo, pro alio promulgata: quoniam tueri hanc causam non ad ipsum Suffraganeum, sed ad eum, pro quo est sententia lata, spectat. At si Suffraganeus, vel extra iudicium pro defensione sui iuris, vel etiam in iudicio ex suo officio procedens, videlece inquiringendo, vel simile quid agendo aliquem excommunicet, in hoc casu conueniens est ipse Suffraganeus coram Archiepiscopo, vel eius Officiali, quia ipsius interest defendere causam suam. Sic in c. Venerabilibus de sententia excommunicandi sexto.*

## CAP. XXXV.

## De Primatis, &amp; Patriarchis, &amp; eorum potestate.

**P**rimo queritur, an Patriarchae sint ab Archiepiscopis Canonico iure distincti? Respondeo, eos distinguunt enim Patriarcha Archiepiscopo iurisdictione superior: nam sicut Episcopus vni tantum ciuitatis, Archiepiscopus vero vni Provinciae, qua multas ciuitates, quarum singuli sunt Episcopi complectitur, praesider: sic Patriarcha multis prouinciis praeficitur; ac proinde non solum in episcopos, sed etiam in archiepiscopos potestatem habet. Quare, an Patriarcha ab Archiepiscopo differat iure diuino, an Canonico? Respondeo, diuino iure minime differt, quoniam in omni Ordinis potestate, cum eo conuenit, nec est eo superior nisi autoritate iurisdictionis tantummodo; at potestas Ordinis diuini iuris est a Christo Domino instituta, & iurisdictionis potestas Ecclesiastici iuris est, a Romano Pontifice datur atque confertur, ac proinde ex toto ab eo auferetur, vel ex parte minuitur iustis de causis.

Secundo queritur, an Patriarcha sit idem qui Primas? Profecto iuxta id, quod haberetur in cap. Clericos dist. 21. & in cap. Vrbes, dist. 80 &c. Nulli & cap. Provincia dist. 99. idem propterea sunt Primates qui Patriarchae: nisi quod frequentius apud Latinos Primates dicuntur, qui apud Graecos vocantur Patriarchae. At vsus obtinuit, ut quatuor, prater Romanum Pontificem, principi Patriarchae nominentur; scilicet Alexandrinus, Antiochenus, Hierosolymitanus, & Constantinopolitanus, ea. Antiqua, de Privil. c. Sacrosancta c. Renovantes. C. Definimus, distin. 22. Ceteri vero minorum gentium Patriarchae, aut Primates dicuntur, aut minores Patriarchae; de quibus dicemus singulariter.

Terzio queritur, Quænam ad Patriarchæ creationem fint necessaria? Respondeo, distinguendum esse. Aut qui eligitur Patriarcha, ante fuerat episcopus consecratus, aut non fuerat. Si primum, nulla est consecratio necessaria; sed tantum nominatio, designatio, postulatio, electione, & confirmatio, vel sola collatio, rivoletatur a Romano Pontifice facta. Si secundum, necessaria est, præter electionem & confirmationem, consecratio, nam Patriarcha, duplice est prædictus potestate, videlicet iurisdictionis, & Ordinis: hæc datur, & accipitur per consecrationem, illa extra consecrationem confertur, ex S. Thom. 1. qu. 39. art. 3.

Quarto queritur, An pallium sit etiam Patriarcharum insignis? Respondeo, esse insignis: sicut enim Archiepiscopis datur, sic etiam Patriarchis suis Primitibus, quaredem iuris est de pallio Patriarcharum, quod de pallio Archiepiscoporum, ijs exceptis, quæ inferius postea dicuntur.

Quinto queritur, Quot & qui fuerint ab antiquo tempore Patriarchæ? Respondeo, præter Romanum Pontificem, præcipios fuisse quatuor, Constantiopolitanum, Alexandrinum, Antiochenum, Hierosolymitanum, cap. Antiqua, de Privil. c. Sancta. c. Renovantes. c. Definimus distin. 22. Porro Constantinopolitano Patriarchæ subiecti fuerunt omnes Provincias Graecie, Attica scilicet, Thracia, Corinthus, Peloponesus, Crete, Macedonia, Epirus, Mytilene, & inerior: que prouinciae postea dictæ sunt Seruia & Bulgaria; item Dacia, nunc vulgo Valachia; item Pontus Euxinus, Neocæsarea, peste vulgaris sermone dicta Trapontia, & vicina prouinciae. Item Asia minor, in qua sunt Bithynia, Paphlagonia, Galatia, Cappadocia, Pamphylia, Lycia, Caria, Ionia, Doris, Aeolia, Lyeonia, & aliae mæltæ. Quibus deinde accesserunt aliae prouinciae, prout fuerunt ad Christi fidem, & religionem conuersæ, Moscovia, Russia, & aliae ultra Poloniae sitæ. In his prouinciis (paucis exceptis) Patriarcha Constantinopolitanus, Episcopos, & Archiepiscopos, & alios dignitate Ecclesiastici prædictos constituebat, præficebat, vel confirmabat electos, vt nunc etiam patriarcha, quamquam Schismaticus, illos constituit, præficit, vel confirmat.

Porro in Provinciali libro omnium Ecclesiarum, ei subiecti sunt viginti Archiepiscopi: in iure vero Orientali lib. 2. ad finem, parent ei octoginta Metropolitani Archiepiscopi, hoc est Primates triginta nouem. Patriarchæ vero Antiocheno subiecta era erat altera pars Asiae, que Caramaniam, Armeniam maiorem, & minorē, Lycram, & Ciliciam continet; & prouinciae, Syria, Assyria, Melopotamia, Media, Parthia, Persia usque ad Indiam Orientalem. In libro Provinciali Ecclesiarum subiecti sunt ei centum quinquaginta tres episcopi, archiepiscopi vero duodecim. Guilelmus Tyrius lib. 14. de bello sacro, cap. 22. scribit, suo tempore fuisse sub Antiocheno Patriarcha tredecim Archiepiscopos, quos ibidem nominat, & multis Episcopos. Patriarchæ Alexandrinæ obediens Egyptus, Lybia, Pentapolis, & aliae prouinciae, que ad Tropicum Capricorni pertinent. Patriarchæ Hierosolymitano, parebat tota Palestina, & triplex Arabia, Dextera scilicet, Petrea, & Felix usque ad sinum Periculum: Guilelmus Tyrius lib. 14. c. 11. de bello sacro, describit Archiepiscopos, & Episcopos ei subiectos.

Inter Patriarchas præcipius connumerabatur etiam summus Romanus Pontifex, cui tanquam patriarchæ subiectæ erant Occidentis prouinciae & insulæ multæ in Mediterraneo mari, ad Occidentem sitæ, tota Italia cum Sicilia, Corsica, & Sardinia, Gallia quoque tota cum insulis Anglia, Scotia, & Hybernia; Hispania cum septem insulis Fortunatis, & Balearibus, Maiorica, & Minorica; tota Germania inerior, & superior; Dalmatia, & Illyricum, ac postea accesserunt regna Danie, Norvegia, & Suecia cum insulis Scandie, Islandie, Gotie, & ceteris sub polo Arctico positis, regnum Bohemicum, & Polonicum, cum Liuonia, Lituanie, & alijs; regnum item Pannonie,